

## Adūdus nouus.

**A**lbericus vespucius Laurentio petri de medicis  
Salutem plurimam dicit.

**S**uperioribus diebus satis amplexi scripsi de reditu meo ab no-  
uis illis regionibus. quas et classe. et impensis. et mandato istius  
serenissimi portugalis regis persequimur et inuenimus quales  
nouū mundū appellare licet. Quando apud maiores nostros nulla de ip-  
sis fuerit habita cognitio et audientibus oibus sit nouissima res. Etenim hec  
opinionē nostrā et antiquorū excedit. cū illoꝝ maior pars dicat ultra line-  
am equinoctialem. et versus meridiem non esse pertinentē. sed mare tantū quod  
atlanticū vocare. et sequi earū pertinentē ibi esse affirmauerūt. eā esse terrā  
habitabilem multis rationibus negauerūt. Sed hanc eorū opinionē esse falsā  
et veritati omnino contrariam hec mea vltima nauigatio declarauit cū in pre-  
sibus illis meridianis pertinentem inuenerim frequentioribus populis. et aliis  
liberā habitatā. quā nostram Europam seu Asiam vel Africā. et insuper ac-  
magis temperatam et ameniū. quā in quauis alia regione a nobis cognita. put-  
inferius intelliges. ubi succinctorum tantū rebus capita scribemus. et res dig-  
niores annotatione. et memoria que a me vel videri. vel audire in hoc nouo  
mundo fuerit. ut infra patebit.

**P**rospero cursu quartadecimo mēsis Maii. Millesimoquingē-  
tesimo primo recessimus ab Olyssippo mandante prefato rege cū  
tribus nauibus ad inquirendas nouas regiones versus austrū. Et  
ginti mensibus pertinenter nauigauimus ad meridiem. Cuius nauigationis or-  
do talis est. Nauigatio nostra fuit per insulas fortunatas. sic olim dicunt  
nūc autē appellatur insule magne canarie. que sunt in tercio climate. et in  
perfinibus habitati occidentis. Unde per oceanū totū littus africanū. et per ethio-  
pici percurrimus usque ad promontoriū ethiopiū. sic a ptholomeo dictū. quod  
nūc a nostris appellatur Caput viride. et ab ethiopicis Besegebice. et regio  
illa mandinga gradibus quattuordecim intra torridam zonam a linea  
equinoctiali versus Septentrionē quā nigris gentibus et populis habitatur.  
Ibi resumptis viribus et necessariis nostre nauigationi extulimus ancho-  
ras et expandimus vela ventis. et nostrū iter per vastissimū oceanū dirigē-  
tes versus antarcticū parumper porcidentē infleximus per ventum. qui  
Vulturinus dicitur. et a die qua recessimus a dicto promontorio duū men-  
sium. et triū dierū spacio nauigauimus antequā vlla terra nobis appareret.  
In ea autē maris vastitate quid passi fuerimus quā naufragi pericula. et quā  
corporis incommoda sustinuerimus. quibusque anxietatibus animi laborauimus.  
existimationi eorū relinquo. qui multarū rerū experientia optime norunt  
quid sit incerta querere. et quā sit ignorantia inuestigare. et ut vno verbo  
vniuersa perstringam scies quod ex diebus sexaginta septem quibus nauigau-  
imus primos quadraginta quatuor habuimus cū pluuia. tonitruis et co-  
ruscationibus. ita obscuros. ut neque solem in die. neque serenū celū in nocte





1

**G**esta proxime per Portuga  
lenses i India. Ethiopia. ⁊ alijs  
oriētalibus terris.







## Lopia quarūdā rerum nouiter

gestarum per serenissimū regem portugalie missa ex Romana curia Sequitur et de verbo ad verbū concordat p̄t notarius infra scriptus in fine fidem facit.

¶ Hec̄ta proxime p̄ portugalē in india. ethiopia z alijs oriētalibz terris a serenissimo Emanuele portugalie rege ad. R. d. d. S. Ep̄m. portuē sacrosancte Ro. ec. cardinalē portugalē missa. z de eiusdem dñi Cardinalis mādato honorabilis viri Petri alfonsi malheres decretorū doctoris ac eiusdem domini Cardinalis prefati capellani industria z correctione in vrbē impressa.

**O**mnis loquet̄ potētiās dñi: auditas faciet oēs laudes ei⁹. Annūcient opa eius in exultatione: qui descendūt mare in nauibz facientes opationē in aquis multis: ipsi viderūt opa dñi z mirabilia eius in pfundo. Audiat igitur non minori exultatione virtus operū dei: que diuino comitati auxilio fecerūt proxime nostri in finibz terre: deducētes ad nihilū tribulantes nos fidei hostes. Incipit quippe iā (vt apparet) diuina cogitatio ac potentia euigilare p̄tra sarracenoz pfidiā z eius pseudo pphetam. Incipit quoq; iam parare z nuptias agni: in q̄bus eius vxor ecclia totū nūc suppressa p̄ orbem: lachrimas ac luctū deponet: z induet se ornamentis leticie z exultationis.

**U**m in oriente opatio serenissimi Emanuelis portugalie regis. seu potius dextere excelsi: p̄ exaltatione xpiane religionis in india. ceterisq; orientalibz terris ab eo inuestigatis in magnū iam cresceret z p̄firmaret̄ augmentū. suis p̄tinuis armis ac labore sicuti que a deo sunt: pseuerāt de p̄tute in virtutem. Ut sum necario fuit eidem sapientissimo regi mittere in armata classe annū p̄teriti. D. cccc. v. quottānis a se illuc mitti solita: capitaneū p̄cipuum qui cōtinuus illic pmaneret z rem tantā maiori q̄ antea auctoritate ac viribz administraret. Qua p̄pter misit generosum z strēnuū virū pro se vice regē dñm Frānciscū de almeida. Is annuente altissimo tam ad itis neris maturationē: q̄ infidelīū expugnationē felici vsus nauigatione. Eū in litore oriētalīs ethiopiē in Arabicū sinum vergētis: comperisset machumeranee secte Quiloe regem: male Regi Emanueli ex federe. z deditione antea secum inita parentē. z alienatū: suasu: vt credit: z artificus alioz sarracenoz omne malū a Portugalensīū armis: per indiam ac ethiopiā sibi augurantīū: tandē ipsum Quiloe regem obsedit: ac expugnauit plerisq; ex hostibz interfectis Capta etiā ipsa ciuitate Quiloa p̄cipua regni sede. opibz multis referta. vt que potissimū est Emporiū terre zofalle auri feracissime Quo facto idē Dñs Franciscus quendā alē um ex indigenis p̄cipuū ac nobilem. q̄ summo studio z fidelitate serenissimo regi Emanueli semp̄ inseruierat. p̄stituit regem. z publica regali p̄pa ac ceremonijs coronauit. eiusq; dñio z ditioni addixit. pensurū simul quottānis tributa. pariturūq; in oībus ipso regi Emanueli z capitaneis eius. ¶ Extruxit etiā idē dñs Frānciscus ante suū inde discessū

arcem in ea *Ciuitate munitissimā: mari ex magna pre circūfuso: impossi-*  
*to nostrorū valido p̄sidio: plurimis bōbardis z alijs bellicis instrumen-*  
*tis: necnon armatis nauibz ac nauigijs instructissimis munito. Appel-*  
*lauit hō arcem sancti Jacobi: q̄ eius festo nec minus patrociniō in mē-*  
*se Julio eius regis z Ciuitatis gloriosa expugnatio p̄igit nostris. Ar-*  
*ce edificata. idem dñs Franciscus vt habitationi Ciuitatis consulere*  
*plerosq; factos exteros in ciuitatem reduxit Subijsdem p̄ditionibz ad-*  
*ditos Procrenditur huius Ciuitatis Quiloe regnū p̄ borā maritimam*  
*duodecies centena milia passum: plurimas in eodē mari opulētissimas*  
*insulas habēs dñio suo: z nostro pariter subditas. nā in terris potissimū*  
*illis quo regni caput: eo z reliqua regni illico sese prozsus addicunt*

*¶ Omnibus in ea ciuitate p̄positis z vt p̄mittitur peractis is dominus*  
*Franciscus nauigauit inde ad aliam nō minus opulentā sarracenorū*  
*ciuitatem noīe Dombaza alterius regni Metropolitim in eadē erbio*  
*pie pre sitam que audita Quiloe expugnatione: magna armatorū manu*  
*z sagittariorū nūero: necnon centū q̄nquaginta bombardis z alijs plu-*  
*ribz machinis se ad defensionē parauerat Hanc pari fortuna deo adius-*  
*toze aggressi n̄rī: diu z acris resistētibz opidanis: itadē vi expugnāt: dirē-*  
*p̄iunt ac incendūt Rex ciuitatis etiā intra muros cū nostris acerrime*  
*pugnans: inclinata iam ad nostros victoria: desperans defensionē: alia*  
*oppidi parte magna Ciuium multitudinē comitatus aufugit. Interfes-*  
*ti ferro ex sarracenis Milie z quingēti: capti plurimi Durante diu cū*  
*multa oīm admiratione magno Ciuitatis incendio: magna z preciosa*  
*pars prede igni est p̄sumpta. multa capta. in qua nōnulla arma ipsius*  
*regis. z sericū papilonē. ac tapeta. simul preciosos pānos z nōnulla alia*  
*vsut regio (vt illis terris dicata) atq; in eius palatio inuenta. idem cap-*  
*itanus ad Emanuelem regem misit.*

*¶ Hac ciuitate Dombaza deleta. z solo equata. idem Dñs Francis-*  
*cus transmissō indico pelago. nauigauit in Indiam ad insulam quādā*  
*p̄tinenti proximā Aniadīua appellatam quo oēs naues in indico mari*  
*nauigātes applicare solent. presertim que a Decha in Indiā antea na-*  
*uigabant. Nā terrore z infestatione nostrarū nauīū iam nauigare nō au-*  
*dent In ea insula Capitane⁹ int̄ cetera sibi a Serenissimo rege Ema-*  
*nuele demandata Castellū munitissimū sancti Michaelis appellatū*  
*ad omnimodā securitatē indicari rerū extruxit: circūdeditq; muro: ans-*  
*temurali: z fossa: multis perennibz aquis intus inclusis z magnis rep-*  
*tis edificijs antiquitus elapide quadrato p̄structis. In quorū validissī-*  
*mis fundamentis edificato Castello: inuentisq; etiā plerisq; monetis*  
*auri z argēti: anulis z alijs p̄ciolis ad eundē regem missis Capitaneū*  
*ibipro se reliquit strēnuum. cū firmissimo p̄sidio nobiliū nostrorū z alto*  
*rū viroz Reliquit z naues rostratas z trirēmes armatas in illo mari*  
*insolitas nec antea visas z alia remigij nauigia ad vltimam z perpetu-*  
*am sup̄p̄tationē illarū gentiū aptissima Vt impleri etiā nūc videatur*  
*illud p̄phetiū Ezech. Et corruent fulcientes Egyptū. z destruet super-*  
*bia imperij eius In illa die egredientur nūcij a facie mea cū trirēmibz*  
*ad conuerendū in erbiopie confidentiam. z erit pauor in eis.*



¶ Extructo hoc in Antadia insula castello munitissimo. abiit inde capitaneus noster expugnatū aliam Sarracenorum ciuitatem. Quorū appellatam in cuius portu quatuordecim magnas ipsorū naues incendit propterea quod eius loci rex tergiversari sit visus: ac differre que sponte obrulerat Capitano. mittens etiam ei ampla dona et recentia nostris cibaria dū castellum in Antadia extrueret. Verū accepto detrimento (ut sit) deteriora timens. repetijt neglectā pacem. et se penitus obsecuturum ac pariturū obrulit.

¶ Hinc nauigauit idem Dñs Franciscus in opulentissimā ac ditissimam ciuitatem Canenoz celebre indie emporium. vbi in collo terre a ciuitate in mare protenso extruxit. ut habebat in mandatis. aliam arcem munitissimā: sancti Saluatoris appellatam. non solū consentiente. sed vltro etiā locū offerente ipso ciuitatis rege gentili. antea nobis amicitia et federe pincto: dissuadentibus tñ arcis extructionem (quando iā deo gratias alia vi obesse nō valent) et egre ferentibus plerisque sarracenis mercatoribus ibi pmoziantibus. quorū magna et precipua pars illo se transiit lit desertentes calecut potentissimū et amplum emporium. nunc attritum atque desolatū assiduīs naualibus et terrestribus detrimentis a nostris acceptis. cū plurimis incendijs et multiplici incolarum occisiōe. ob nōnulla perpetrata in nostros scelera. violatamque sarracenorum per suasu securitatem. nostris ibi negotiantibus antea proficam. pueniente scz eorum crimen altissimo. quo delebantur inde machometani. Nullaque etiā in tā celebri loco participatio. nulla conuentio Christi ad Belial. Nec par sarracenis cū christianis potentia. Edificata arce. nostri collū illud terre interidentes insulam cū arce circūfluo vndique mari fecere turissimā imposito ibi Capitano cū validissimo item presidio militum nostrorū et armatarū nauū.

¶ Dum is dñs Franciscus hic arcem edificat. Venere ad eum Legati in magna pompa missi a rege Harsinga gentili: potentissimo (ut extimatur) oīm indie regū. cuius aulā et curiā nōnulli ex nostris adire. Nec non frequentioris māsionis sue amplissimam ciuitatē in mediterraneis sitam. p quadringenta quinquaginta milia passum a Canenoz distantem: adeo populosam ut Sexcentorum millium habitatorū extimeretur. Videre tum nostri in eius curia nouem reges ipm sequētes. Adsunt et ad bella (ut affirmant) centū milia equitum. elephantes bellicosi mille. pedestres vero copie absque numero. protēditur eius dominiū longissimo tractu in mediterranea. multos sub se habet reges. plures in indico litore Ciuitates maritimas. et emporia. Hic p eosdem Legatos obrulit eidem Dño Francisco Capitano amicitia et oēs vires suas paratissimas ad oīa serenissimi Emanuelis Portugalie regis. necnō portus suos maritimos in quibus quas vellet arces et castella rebus nostris comoda extrueret. offerens simul quod libentissime ac requirens ad maiore anni sui probationem et securitatem. mutuam punctionem matrimonio rū filiorū suorū cū quibusuis eidem Emanueli regi sanguine coniunctis. Vnde preterea dona amplissima serenissimo principi Joanni Portugalię regni primogenito. aurea scz ex more gentis monilia. et preciosos pans

nos. misit et ad patrem Emanuele litteras gratissimas. eidez se et oia sua offerens cum magna significatione beniuolentissime et obsequenter voluntatis. ut renouante iterum nunc spiritu domini. ut apparet faciem terre. post suppressam tot seculis christianam religionem. Merito et illud de saluatore et sancta eius fide denuo renouari videri possit. Dominabitur a mari usque ad mare. et usque ad terminos orbis terrarum. coram illo procedent ethiopes. reges. et insule munera offerent.

¶ Inter ceteros homo qui ad regnum et Curiam huius magni regis accessere fuit quidam frater ordinis minorum a rege Emanuele illuc inter alios missus. is quadriennio illic versatus asserit huius regis gentes. ac subditos maiorem in modum aptos et inclinatos ad cognitionem nostre sancte fidei et religionis. Que quidem res eidem Emanueli regi super oia gratior est. maioremque afficit voluptatem. sperat enim de diuina clementia. quod maxime ex animo semper intendit ac procurat. ut diebus nostris dignetur quandoque. ipso tantopere pulsante. pueris et misericordie sue ianuam illis gentibus aperire.

¶ Extructa hac in Canenorum arce transtulit se inde Dominus Franciscus capitaneus in ciuitate Cochim maritimam. amplissimum eius litoris emporium. ibi arcem preteritis annis a quibusdam nobilibus nostris antea edificatam et ab eorum cognomine Alboquerque appellatam. longe maiori et validiori lapideorum murorum ambitu. antemurali. et fossa magna circumdat. cum amplissimis intus hospitibus. muniuitque maiori et hominum et bellicorum instrumentorum et armatarum narium presidij. ibi enim futura est eius precipua mansio. et indice operationis vis ad oia opportunior atque commodior. praesertim cum in hoc emporio inter cetera aromata sit precipua vis et copia Piperis. Manent itaque in presidij per terras et loca nostra dispersi magna nobilium regis Emanuelis ac prestantium militum copia. Manet et valide armata classis Triginta nauium In quibus et triremes. et alia remigij nauigia rostratis permixta. ad maritimas infestationes. atque excursions quosquomodo versus in hostes faciendas

¶ Ex hoc Cochim emporio et arce. idem Dominus Franciscus iussit fieri hostilem excursionem in portum ciuitatis Coulam maritimae ubi nostri in censibus Trigintaquatuor sarracenorum magnis nauibus mercibus omissis facta hostium magna strage incolumes redire. fuit in causa. quod ante aduentum eiusdem Capitanei. fuere interfecti in ea Ciuitate suasu sarracenorum decem aut. xij. ex nostris securitate prestita antea ibi negotiantes

¶ Extruxerunt insuper nostri multis prius habitis certaminibus ac de hostibus non sine multo sanguine victoribus munitum castellum in mediterraneis. appellatum Emanuel super ciuitatem Cochim ad ripam magni et nauigabilis fluminis indicum mare influentis. unde non solum in hostium terras faciles sunt excursions. transitu etiam hostium in nostros et nostris federos intercluso. Sed etiam onera Piperis et aliorum aromatum et preciosarum mercium libere et inoffense a nostris exportantur Adempta proius in



micis eius rei facultate. Quibus quidem rebus factum est ut in terris illis maximus christiani nominis sit terror omnibus incussus. Nullesq; tam naues in india et ethiopia absq; securitate Capitanei nostri audeant nauigare. ut etiam videatur et illud Isaie dictum impleri. Labor egypti et negotiatio ethiopiae. et sabaim viri sublimis. ad te transibunt et tui erunt.

¶ Alia item castella alijs in locis illarum terrarum idem sapientissimus rex Emanuel extrui nunc iubet. ad alia simul christiane rei publice commoda diuine seruituti opportuna. quibus ut firmissime confidit. immortalis deus pari dignatione prosperos dabit euentus.

¶ Verum his tot tantisque sarracenorum in ethiopia ac India cladibus atq; incendijs non casui nec fortuite rerum vicissitudini. sed diuino potius. et manifesto dei iudicio ac misterio ascribendis. satis apparet. Non minus repente impleri. quod Apocalipsis subito futurum plenius praedixit. de repentina sarracenicae Babilonis destructione et ablatione orientis operum. ac commercij a manibus eius. inquiens. et flebunt et plangent se super illam. reges terre qui in delictis eius vixerunt. cum viderint locum incendiij eius. et negotiatores terre flebunt et lugebunt super illam. quoniam merces eorum nemo emet amplius merces lapidis preciosi. et margarite et bissi et cinamomum et amomum et adasamentorum. et vnguenti. et thuris et mercatores qui diuites facti sunt ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum eius. flentes ac lugentes. quoniam vna hora destitute sunt tante diuitie. et omnis gubernator. et omnes qui in lacum nauigant et naute. et qui in mari operantur longe steterunt. et clamauerunt videntes locum incendiij eius. et miserunt puluerem super capita sua. et clamauerunt flentes et lugentes dicentes. veb. veb. Ciuitas illa magna. in qua diuites facti sunt omnes. qui habebant naues in mari de pretijs eius. quoniam vna hora desolata est. Exulta super eam celsum et sancti Apostoli. quoniam indicauit deus iudicium vestrum de illa.

¶ Impleto igitur iam magna ex parte non minus quam prophetato tanto diuino misterio. Redditaq; ab immortalis deo maiorem in modum ad exaltationem christiane religionis tanta felicitate orientalibus deuotissimi regis Emanuelis pro christi laboribus. abundare certe debet in omnibus christiana exultatio. ubi abundat pro omnibus tanta christi operatio. qua non solum mire exaltatur christianum decus. plurimis animabus ad fidem conuersis. et sancte Crucis signo ac misterio in terris antea incognitis. nouis gentibus annuntiatio. sed etiam omnibus sarracenis. ipsi precipue Soldano. maxima ex parte diminuitur potentia. infringitur animus. et auferuntur ingentes orientales opes. quibus eorum contra nos alebantur vires. vnde magna ipsis adest desperatio. dum viso tanto misterio imminere. prozsus secte sue destructionem etiam ex antiquis apud eos profagijs ominantur. Vident enim iam futurum praeter omnium mortalium spem. quam facilis sit indies armorum nostrorum continens peruagatio. ac transitus. non solum in plerasq; alias orientales terras ac insulas innumeras. et ipsam denique Taprobana. altes

nam aliquem orbem existimatum. quatuor dierum navigatione tantum. ab oppidis nostris distantem. Sed etiam in intima Arabici et Persici sinuum littora ac terras Quo fiet necessario ut ipsa tandem precipua Sarracenicæ perfidie sedes Decha. quâ bidui tantum navigatione distantem. iam subeunt nostri et eius pseudo humani generis corruptoris Bachumetæ prophanum sepulchrum. videant victricia christianorum arma atque incensâ Spiritu oris domini ad sui conflagrationem tam mire per nos illuc missa. datura illi tantum tormentorum. et luctus. quantum se aduersus dominum glorificauit. Quippe qui destruendus sit illustratione aduentus sui Qui quidem vel hoc tanto armorum nostrorum misterio iam ab oriente illustrare miro incipit modo. quoniam ipse dominus est qui illic pro nobis pugnat. ipse qui confirmat omnia. que tam mire illic operantur in nobis Et ideo cum propheta exultandum. Magnificata sunt opera tua domine a solis ortu usque ad occasum laudabile nomen tuum. omnia in sapientia fecisti. impletur terra possessione tua. Nec minus cum Joanne apostolo multiplex Alleluia candelandum. gloria et laus et virtus deo nostro qui iudicauit de meretrice magna que corrupit terram. Gaudeamus et exultemus et demus gloriam ei. quia veniunt nuptie agni. et uxor eius iam preparabit se tanquam sponsa viro suo ornata.

Impressum Rome per Joannem Besicken Anno. M. ccccvi. Die vij. mensis Nouembris.

Præsens copia collationatione diligenti facta concordat cum sua vera originali copia ex Romana Curia missa. quod ego Joannes wanloe de nussia publicus sacris aplice et imperiali auctoritatibus necnon venerabilis curie Coloniensis ordinaria admissione approbatus notarius auctoritate manu propria hic subrus me subscribens.

Impressum colonte Anno domini. M. ccccviij.  
Prima die mensis Februarii per me Joannem  
Landen commorantem infra sedecim domos.





**HENRICI QVARTIRO, IMPERATO**  
 ris bellum contra Saxones Heroico  
 carmine descriptum.

**EPISTOLIVM BEATI RHENANI**  
 cum versibus Bap. Mantua, contra erro-  
 rem cuiusdam Fratricelli de Ger-  
 manis & Gallis.

**GERVASII SOVPHERI BRIS**  
**GOICI. CARMEN. LI**  
**BER DE SE.**

Cæsaris arma cano Romani & martia gesta  
 Henrici quarti clara trophea simul  
 Teuthonicos quicūq; voles novisse triumphos  
 Et validas vires me lege certus eris  
 Cernere nempe licet quantum germana superbos  
 Gens aduersantes presserit arte duces  
 Gallica pica sile modico vel parcus ipsos  
 Iactato reges garrula francigenas.  
 Teuthonici deme quid possint disce Iacerti  
 Mordaci linguæ frena modumq; dato.

REVERENDI QUARTIRO MONTI

in palam coram S. S. H. S. S.

examinand. R. S. S. S.

EPISTOLARUM BEATI R. S. S. S.

qui vultis R. S. S. S. S. S. S.

non est R. S. S. S. S. S. S.

nam R. S. S. S. S. S. S.

GERVASII SOPHIAE R. S. S. S.

GOIG. CARMINI R. S. S. S.

BERLIE R. S. S. S.

Carmine R. S. S. S. S. S. S.

nam R. S. S. S. S. S. S.

Talibus R. S. S. S. S. S. S.

Epistolas R. S. S. S. S. S.

Quoniam R. S. S. S. S. S. S.

Gerardus R. S. S. S. S. S.

Epistolas R. S. S. S. S. S.

nam R. S. S. S. S. S.

Talibus R. S. S. S. S. S.

Mordicus R. S. S. S. S. S.

1707